MONUMENTA
GERMANIAE.

in partibus transmarinis, id est in partibus [a] Asie
et Affrice, strennuissimum militem et nobilem
Romanum Iulium cum maxima multitudine
populi et cum infinito thezauro in Alemaniam
miserunt, ut reges deponeret et ~~reges~~ terras tributarias
et subiectas Romano imperio faceret. Iulius L. cr. Ep.
enim veniens in Alemaniam, per decem
annos regnum Thuringie et alia regna, scilicet
Galliam, [b] etc. bellando [c] Romano imperio subiecit
et destruxit, non absque magna strage homi-
num utriusque partis. Et ut regna manerent
destructa et populus subiectus Romanis, tunc Iulius
multa castra in diversis partibus Alemanie
construxit et multos nobiles ibidem posuit, ut si
Thuringi vel alii aliquem [f] regem crearent vel
se Romanis opponerent, quod compescerentur.
Nam in partibus nunc [d] Saxonie ob veneracio-
nem lune, cuius radios vidit quadam nocte in
quodam monte, edificavit castrum Luneborg
et compellebat Thuringos adorare lunam se-
cundum modum Romanorum. In partibus
Orientalibus Misne [h] edificavit Iulborg [i], quod
nominatur modo Ylborg [k]. In partibus nunc [l]
Thuringie Cuffeze [l], quod est nomen Gallicum et [m]
est idem quod confusio, in perpetuum argu-
mentum, quod regnum Thuringorum [n] fuit
per eum confusum. In partibus Hassie con-
struxit Woimelborg [o] et posuit ibi plus quam
LXX milites contra Thuringos [p]. Item plura
castra edificavit in Reno et in Francia contra
regem Francorum, scilicet Iuliacum, Novio-

Sächs. Wchr. c. 25. et L. cr. Ep.

Sächs. Wchr. c. 26.

x f. 4.

Nota [d] V annis pugnavit in
Thuringia et ibidem [e] moram traxit

a) mundi add. A 2a. b; haec absc. A1.

b) i. galliam etc. alio atram. superscr. A1, etc. om. A 2a. b. B.

c) bebellando A 2a. b.

d) haec rubris lineis cincta a latere religuorum cincta scripta B, ut et in A1 fuisse videntur, sed ibi absc.; in textu post utr. partis (l. ...) ubi Nam quinque

e) erit B, ibi A 2a. b.

f) om. A 2a. b; ~~haec~~ ali absc. A1.

g) alio atram. superscr. A1.

h) eadem manu superscr. A1.

i) om. A 2a. b.

k) Ilborg B; haec absc. A1.

l) autem B; haec absc. A1.

l') alio atram. corr. Cuffeze (...) ... Cuffeze ... in id est conf. A 2a. b; haec absc. A1.

n) thuringie A 2a. b; absc. A1, ubi procul dubio fuit thur., ut plerumque pro Thuringia et Thuringis.

o) Wymelberg (Winn.) A 2a. b.

p) thur. A1. B.